



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XCVI. Bischof Daniel von Verden bestätigt dem heil. Geist-Kloster zu Salzwedel das Patronat über die Katharinenkirche und den Mathiasaltastr daselbst, am 20. Mai 1362.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](#)

larium extra muros Soltwede, qualiter Illustres principes et domini Iodewicus romanus et Otto fratres, Brandenburgenses et lufacie Marchiones, Juspatronatus ecclesie sancte katherine et altaris sancti Mathei in eadem ecclesia noue ciuitatis Soltwede, Et decanus et Capitulum in boyster, necnon Ghertrudis et lemmeke eius frater dicti perseuale, et Thidericus portiz clericus Juspatronatus Altaris sancti Mathie in eadem ecclesia, necnon hinricus dictus portiz armiger et Mechtildis eius vxor, Johannes et hartmannus presbiteri, filii dictae Mechtildis speciales, Rodolphus et hinricus, filii hinrici portiz et mechtildis antedictorum, Juspatronatus ecclesie sancti Egidii matris in villa hennighe prope castrum clotze et Cappelle sancte marie magdalene filie sitae in monte ibidem in remedium animarum suarum monasterio ipsius pie, libere et perpetuis temporibus donauerunt, Ita videlicet, quod prepositus dicti Monasterii existens pro tempore prenominatis ecclesiis et altaribus per suos fratres et concanonicos posset, debeat et valeat deseruire, Saluis tamen Juribus dominorum prepositi in Soltwede, que in ecclesia sancte katherine et in altaribus sanctorum Mathei et Mathie apostolorum, et Archidiaconi in kouelde pro tempore existentium, que in ecclesia sancti Egidii et Capella sancte marie magdalene tenuerunt, vendicauerunt et libere possederunt. Cum vero dicte donaciones de fonte pietatis iuste et legaliter processerunt, ad rogatum dicti domini prepositi ipsis donacionibus rite celebratis, et quod idem prepositus per suos fratres et concanonicos dictis ecclesiis et altaribus et Cappelle deseruire posset, Saluis tamen Juribus dominorum videlicet prepositi in Soltwede et archidiaconi in kouelde, ut est premissum, nostrum plenum consensum pariter et assensum concorditer duximus adhibendum et presentibus adhibemus Ipsasque donaciones et alia premissa ratificamus et approbamus et confirmamus, quantum in nobis est auctoritate duntaxat capitulari et quantum de Jure possumus, in dei nomine in hiis scriptis. Insuper confirmacioni donacionis predicte, si qua per Reuerendum patrem dominum nostrum episcopum verdensem vel eius vicarium generalem habentem hoc in mandatis facta est vel in futurum fieri contingat rationabiliter et Canonice, exnunc prout extunc capitulo rite presentibus consentimus. Datum verde, Anno domini MCCCLXII, dominica qua cantatur Oculi mei, nostro sub Sigillo.

Aus dem Copiarium des heil. Geist-Klosters zu Salzwedel fol. 31.

**XCVI.** Bischof Daniel von Verden bestätigt dem heil. Geist-Kloster zu Salzwedel das Patronat über die Katharinenskirche und den Mathiasaltar dasselbst, am 20. Mai 1362.

Nos frater daniel, dei et apostolice sedis gracia Episcopus verdensis, vniuersis christifidelibus tam presentis quam futuri temporis hominibus perpetuum in vero salutari fulutem. — — — Igitur karitati omnium fidelium tam presencium quam futurorum volumen esse notum, Quod magnifici principes et domini ludowicus Romanus et Otto fratres, Brandenburgenses et lufacie Marchiones, feroce dilectionis diuine, quam ad monasterium sancti spiritus Canonicorum Regularium extra muros Soltwadel habere dinoscuntur, accedente heredum suorum et omnium quorum intererat collaudacione, de nostro beneplacito et consenuo Juspatronatus Ecclesie sancte katherine et

Altaris beati Mathei in eadem ecclesia situati noue Ciuitatis Soltwedel cum dote et singulis suis prouentibus, Juribus et pertinenciis quibuscumque ad sustentacionem eorundem Canonicorum pro remedio salutari predecessorum suorum Brandenburgensium marchionum Suorumque heredum et successorum animarum manu benefica donauerunt in perpetuum irreuocabiliter possidendum. Quorum donacionem tamquam piam et racionabilem a nobis approbatam auctoritate, qua fungimur, Ratificamus et presentis scripti testimonio confirmamus, decernendoque instituimus, quod pretacta ecclesia cum altari ad memoratum monasterium cum dote et singulis suis prouentibus, iuribus et pertinenciis quibuscumque, ut premittitur, quoad temporalia et spiritualia, quoad institutionem et destitutionem debeat Saluis Juribus prepositi in Soltwede le perpetuo pertinere, liceatque eis, preposito vide-licet et Canonicis sepefatis, per suos fratres eandem ecclesiam et Altare supradictum officiare, gubernare seu regere, prout ipsis visum fuerit expedire. — — — Ad evidenciam igitur omnium prelibatorum et certitudinem, sigilli nostri appensione presentem litteram fecimus communiri. Datum in castro nostro Rodenborch, Anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup>. Sexagesimo secundo, feria sexta proxima ante festum Ascensionis domini.

Aus dem Copiarium des h. Geist-Klosters zu Salzwedel fol. 31.

**XCVII.** Bischof Daniel von Verden genehmigt den Uebergang des Patronates der Egidienkirche zu Klöze und der Capelle auf dem Berge daselbst an das Kloster zum heil. Geist zu Salzwedel, am 16. August 1362.

In nomine sancte et indiuide trinitatis. Nos frater daniel, dei et apostolice sedis gracia Episcopus verdensis vniuersis cristifidelibus presencia visuris uel audituris salutem in virginis filio gloriose. — — — Ideo karitati omnium fidelium tam prefencium quam futurorum volumus esse notum, quod famosus famulus henricus dictus portize necnon Mechtildis honesta matrona, predicti henrici consors legitima, Johannes et hartmannus presbiteri, filii dicte mechtildis speciales, Rudolphus et hinricus, filii hinrici portize et mechtildis antedictorum, veri et legitimi patroni parochialis ecclesie sancti Egidii in villa hennighe prope Clotzen, matris, et Capelle beate marie magdalene sive in monte ibidem, filie, diuino amore accensi iuspatronatus iam dicte ecclesie de nostro benéplacito et consensu donauerunt Monasterio sancti spiritus Canonicorum Regularium prope Soltwedel ad sustentacionem dominorum seu fratum inibi deo seruiencium et pro suis animabus suorumque progenitorum animarum remedio cum omnibus suis fructibus, prouentibus, offertoriis, iuribus ac pertinenciis vniuersis et cum omnibus, de quibus specialis mencio fieri potest, libere et racionabiliter perpetuo possidendum. Quorum donacionem ex eo, quod elemosine et prebende dictis dominis per quondam cristifideles assignata nimium sunt per insultus impiorum extenuate, tamquam piam et racionabilem a nobis approbatam auctoritate, qua fungimur, presentis scripti serie confirmamus. Et decernendo instituimus, quod cedente uel decedente domino wernero, nunc Rectore dictarum ecclesie et Capelle, ad prefatum monasterium sepedicta ecclesia et capella cum omnibus suis fructibus, prouentibus, offertoriis, iuribus ac pertinenciis vni-